



non rapit. iam corpus ab immundicia custodit. iam mente
 pura proximum diligit. et malorum protervorum conscientiam laetis se in
 precibus afficit. sed finita peccata. leta de quibus in hoc mundo gau
 deat requirit. et temporalibus gaudis negligenter animam di
 mittit. nec curat. ne in eo lacrimarum mensuram immoderata
 gaudia transcant. fitque ut bonum nimie ridendo perdat. quod
 plangendo lucratur est. hic itaque coram facie sua non ambulat. quia
 dampna quae patitur. despicere recusat. Scriptum quippe est. Cor
 sapientis ubi tristitia est. et cor stultorum ubi letitia. Incunctis
 ergo quae agimus. diligentem nosmetipsos despicere interius et ex
 terius debemus. ut pennata animalia sequentes. nobismet
 ipsis praesentes simus. et coram facie nostra semper ambulemus. habentes ad
 iutorem unicum patris filium. Iesum Christum dominum nostrum. qui cum eo vivit
 et regnat in unitate spiritus sancti dei. Amen. *Explicit omne iii. Incipit. iiii.*

sat.



quam mira est profunditas eloquii dei. libet hic intendere.
 libet etiam intima gratia duce penetrare. Hanc quatenus intelli
 gendo discutimus. quod aliud quam silvarum opacitate ingredimur.
 ut in eius refrigerio. ab huius seculi aestibus abscondamur. Ibi quae
 ridicissimas sententias. ut herbas carpimus. tractando ruminamus.
 In ea locutione quae ad vos fratres karissimi nudius tuus facta est.
 qualiter ostensa animalia. ut redemptorem nostrum. ut unum de
 angelis. atque perfectos omnes significant. dictum est. Quorum
 videlicet animalium. adhuc subtilius virtus exprimitur. ut ad
 eorum imitationem nos quoque infirmi ac despicabiles. in quantum deo
 largiente possumus. extendamus. Ecce enim non desunt. **V**bi erat
 impetor spiritus. illuc gradiebantur. In electis et reprobis. divisi sunt